

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

203. Quis sit effectus postulationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

rum unum eligit & admittit ad prælaturam teste Covar. in 4. decretal. p. 2. c. 3. §. 3.) eique supplicatur, ut uni ex illis dignetur providere de prælatura vacante, quæ dicitur nominatio solennis; vel dum plures ante scrutinium proponuntur praeter ceteris eligibiles vel postulabiles, quæ est nominatio non solennis; quæ tamen nominatione non obstante, capitulares eligere possunt alium. Abb. Horst. in c. bona. de postul. Fagnan. ibidem. ubi & alias plures differentias assignat, quæ quia communes electioni, communius de iis cap. seq.

## Questio 201. Quotuplex sit postulatio?

1. Respondeo omissis aliis postulationis divisionibus minus celebribus, puta, dum dividitur in eam, quæ fit seu fieri potest de jure; alia quæ non fit, nisi ex privilegio concessio. Pass. de electio. c. 24. n. 3. Item in sumptam communiter, quæ non est nisi petitio gratiae: & in sumptam juridicæ, quæ est petitio juridicæ porrecta alicui Prætori seu Superiori, quæ est divisio magis generica. Pass. loc. cit. his, inquam, omissis, celebrior est illa divisio postulationis, seu subdivisio illa postulationis juridicæ in solennem, & non solennem, seu simplicem. Pirrh. ad rit. de postulat. n. 3. Engels ibidem n. 8. & 9. Lott. l. 3. q. 17. n. 232. Pass. n. 4. Bald. in rubric. de postul. n. 3. Abb. in c. 1. de postul. n. 34. cum communis: prior est, quam jam ante definitivus: posterior est, quæ quis non postulatur directe in prælatum, sive quæ non petetur à Superiori, ut dispensando in aliquo ejus impedimentoo admittatur; sed quæ petitur vel aliquid præviuum electioni aut postulationi solenni, v. g. facultas eligendi vel postulandi à Superiori, ubi hæc antecedenter non habetur, vel petitur consensus illius, qui electionem vel postulationem impedit potest; ed quod interesse aliquod vel jus habeat circa personam eligendam vel postulandam. Pass. Pirrh. l. 1. tr. 4. atque ita postulatio perpetuò fit ex causa utilitas Ecclesiæ; puta, pro ejus tutela & defensione. Lott. l. 3. q. 17. n. 234. citans Abb. in c. bona. de postulatione. n. 12.

2. Proinde distinguntur hæc duæ postulations in hoc, quod per postulationem simplicem, seu non solennem postuleretur, solum directe sublatio impeditimenti, quod obstabat, ne quis liberè sit, seu promoveatur Prælatus, quo ablato, adhuc nihil factum, nisi qui erat impeditus, eligatur, vel solenoiter postuleretur: in postulatione vero solenni directe postularur in prælatum is, qui nominatur; & hinc sufficit, ut postulatio admittatur, quæ admissa, jam eo ipso absque omni alio est prælatus. Pass. loc. cit. n. 4. Item in eo, quod postulatio solennis fieri nequeat, nisi apud eum, qui admittendo postulationem, postulatum dare potest in Prælatum: postulatio vero simplex fiat ad quemcumque habentem interesse, & potenterem impediens, ne postulatus liberè exerceat Prælaturam; ex hinc fieri etiam possit apud laicum, Pass. ibid. Item quod necesse non sit, ut postulatio non solennis fiat collegialiter, & cum aliqua forma solenni, sed sufficiat, ut fiat eo modo, quo tolli potest obstaculum, quod tolli desideratur; sufficit autem fieri, vel à toto collegio, vel ab aliquo extra-

nō; postulatio vero solennis fieri non possit nisi ab electoribus collegialiter congregatis, servatis legibus canonicis & statutis; ac denique in eo, quod postulatio simplex fieri possit, quando magis opportunitum videbitur, vel ante vel post electionem, vel postulationem; cùm non sit provisio, per quam providerit Ecclesia viduata, sed ablato impedimenti: postulatio vero solennis fieri debeat intra tempus datum ad eligendum. Pass. loc. cit. & de hac postulatione solenni deinceps.

## Questio 202. Quis sit finis &amp; causa motiva postulationis solennis?

1. Respondeo ad primum: finis ei cum electione communis est provisio Ecclesia viduata. Pirrh. ad rit. de postul. n. 39.

2. Respondeo ad secundum: causa movens ad hunc modum providendi Ecclesia per postulationem, est necessitas, dum nimis non adest eligibilis idoneus; in subsidium enim electionis inducta est postulatio: vel utilitas, dum nimis, licet inveniatur eligibilis idoneus, sit tamen alius non eligibilis, qui ob morum vitæque integratatem, insigne doctrinam, magnumque rerum agendarum usum, &c. præ aliis Ecclesiæ profuturus judicatur. Pirrh. loc. cit. ex Daniel Venatore in Analyse. juris pontificis. l. 1. tr. 4. atque ita postulatio perpetuò fit ex causa utilitas Ecclesiæ; puta, pro ejus tutela & defensione. Lott. l. 3. q. 17. n. 234. citans Abb. in c. bona. de postulatione. n. 12.

## Questio 203. Quisnam sit effectus postulationis?

1. Respondeo: postulationis simplicis effectus est, ut electus electionem acceptare, & jus sibi acquirere possit; vel etiam, si antequam eligetur, facta fuit hac postulatio, postulatus jam possit eligi ab solletere, hoc est, absque eo, quod electio amplius imbibat istam conditionem, si Superior licentiam acceptandi dederit, utpote quæ jam purificata sit. Sylv. v. postulatio. q. 6.

2. Effectus postulationis solennis præcipuus est, quod admissa à Superiori idem jus tribuat, quod electione confirmata, ita ut postulatus electione vel confirmatione nullæ alia egeat, uti insuper adhuc ea vel postularione solenni admissa eger, qui ante electionem postulatus fuit postulatione non solenni. Abb. in c. 1. tr. 4. n. 34. Pass. loc. cit. n. 6. ubi: postulatio admissa habet vim electionis & confirmationis, & postulato dat jus, nemadum ad rem, sed in re, ac si esset electus & confirmatus, pro quo citat Barbos. ad c. postulationem, de postul. n. 3. Innoc. in c. 1. de postul. n. 1. Tabien. v. postulatio n. 5. &c. Azor. p. 2. l. 6. c. 17. q. 5. Lott. l. 3. q. 17. n. 232. & 233. ubi, dum agitur de solenni postulatione ad evitandos circuitus & dispendia Ecclesiæ, Papa per solam ejus admissionem censetur plenum jus conferre postulato; sapit enim talis admissio electionem & confirmationem. De cetero postulationem jus nullum, ne quidem ad prælaturam parere ante admissionem illius, jam satis dictum est ante citatis pluribus, ad quos accedit Lott. l. 3. q. 17. n. 222. cum gl. in c. unic. de postul. in 6. v. vera postulatio.

\*\*\*\*\*

\*\*\*\*\*

\*\*\*\*\*

\*\*\*

PARA-